

# **Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien (Ed. Beyer) Nr. 268**

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Quoniam omni homini necessarium esse pernoscitur ut in hac vita positus de futuris piae meditetur et rebus transitoriis lucra aeternae vitae mercari conetur saera exhortante scriptura honora domnum de tua substantia itemque sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum, idcirco ego sigifridus comes cum coniuge mea hadeuuihc hac salutifera exhortatione commonitus ob remedium animarum nostrarum liberorumque nostrorum superstitione videlicet seu defunctorum tradimus deo sanctoque Maximino qui in suburbio trenirorum requiescit et coenobitis deo predictoque confessori sub regula sancti benedicti militantibus quibus venerabilis folcmarus abbas preesse videtur in valle alsunciensi in villa marics in comitatu ardenensi regimini filii nostri heinrici comitis subiacenti unum videlicet mansum nevelungi et eius coniugis rozele successorumque suorum altari s clamentis in eodem monasterio posito ubi corpora nostra diem extremi examinis expectabunt deo propicio ita duntaxat ut idem nevelungus vel successors eius omni anno V solidos probatae monaetae persolvant ex eodem manso ab omni deinceps scruli servitio libero quatenus benedictione et licentia venerandi abbatis sacerdos ibidem deo psalmodiae et missarum celebraturus sacrificia his xeniis adiutus pro erectione animarum nostrarum exoret libentius reliquam vero proprietatis nostrarae possessionem in eadem villa consistentem in communem coenobitarum usum quiequid videlicet vel concambio vel thesauro nostro adquisivimus tam in mancipliis quam in aedificiis molendinis silvis pratis pascuis aquis aduarumve decursibus exitibus et redditibus cum omni integritate servitio et censu sicut eam hactenus habuimus excepto rauachone et coniuge et filiis eius et liuzone et filiis eius et hereditate eorum. Ea scilicet ratione ut ego et coniux mea hadeuuihc usque ad terminum vitae nostrarae idem premium in usum nostrum possideamus post obitum vero nostrum in usum predictorum coenobitarum absque ullius contradictione pertineat; Illud sane omnimodis in dei nomine rogantes ut in anniversario obitus mei ex eodem predio recordatio predictis coenobitis exhibeat in memoriam nostri Preterea etiam rogamus atque obsecramus ne abbas vel aliquis eiusdem loci provisor alicui personae ex eodem predio aliquod beneficium accommodent ne ut destructores elemosinae nostrarae ab heredibus nostris nostra permissione ad id commonitis idem premium perdant nisi moniti resipiscant. Si quis vero coherendum meorum quod quidem fieri non credo infringere voluerit vel temptaverit hanc traditionis nostrarae largitatem in primis iram dei sanctique maximini incurrat et quod machinatur non efficiat coactusque thesaurario regis C libras auri et mille talenta persolvat argenti. Acta est haec traditio publlice treueris in monasterio s. maximini coram hilderado eiusdem monastcrii advocato asstante venerabili abate uolcmaro cum omni eiusdem loci congregacione. Me sigifrido comite cum coniuge mea hadeuuihc tradente sub fideiussoribus quos uulgo saliburgiones vocamus alio hilderado et thiezelino coram testibus gozberto thancrado thiefrido buodone iseuardo uualeramo uuiserico immone adalberto euerberone bertrammo reginero norperto linzone richero benzone folcrico euerhardo berngero waldone amelrico vodilberto Anno dominicae incarnationis DCCCCXCIII regni autem domni Ottonis tertii X. Indictione VI.